

Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae et Liberae quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publice veritati commisit Jacobus Clemens. Vratislav. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquot ex iure praesentavit Daniele Kibel de, et fensio a Godefrido Martini Forz. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhards ab Animus. Eq. March. Lips.
4. Dissput. et Factis, quam praesentavit D. Wilhelmo Schmuken et fensio a Wilhelm Müller. Hamburg. Lipsia.
5. Dissput. ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Casp. Eovig J. V. D. Resp. Christiano Casp. Eovio Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placide collatae Libereis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano a Brandenstein. Lipsia.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrich Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Dorv. nersii. Lipsia.
8. Dissput. et dolo, quam praesentavit Valentino Dienero. de, publico examini subiecit Magnus Polzer. Hannover. Genev.
9. Dissput. et Probationibus, quam praesentavit Conrado Casp. Eovio J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbech. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissput. et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolopho Formanno. de. fensio a Johanes Christophory Aremann. Genev. Genev.

11. Diss. Inauguralis de Testibus, quam scripsit D. Valentinus Riemer, pro summo in iuribus iure gradu consequendo auct. M. Johannes Gepp. Steinbaco-Marchey. Jena.
12. Diss. de Juramento Testimonij et Iuramentis, quam scripsit Christiano Brummbrecht. J. V. D. examinanda proposuit Johannes Dufur, Culmen-dusa. Wittebergae.
13. Diss. inauguralis de Juramento Mixtionis, quam contra scripsit pro summo in iuribus iure gradu consequendo publice proposuit M. Corbinianus Brudthor. Wurcensis. Wittebergae.
14. Theses et Dissertationes quae sunt praesentatae in hunc, scripsit Johannes Leonhardo Agricola J. V. D. proposuit a Benedicto Carpovio. Wittebergae. Lipsiae.
15. Diss. de gradibus in genere, et nominatis realibus in specie, quam scripsit Valentinus Riemer J. V. D. examinanda proposuit Conradus Dylich, Jena. Hannover. Jena.
16. Diss. de C. et Lex. Verbis, quam scripsit Adamo Leopoldo Spremb. Siles. J. V. D. Leonhardo dissenhendam proposuit Hadrianus Post. Grunb. Siles. Wittebergae.
17. Conclusiones et Retractiones in gradibus, et ultimis voluntatibus, quas oppugnandas proposuit Wolffgangus von Brandenburg. Lipsiae.
18. Diss. de iuribus cognatis et cognatis, quam scripsit Valentinus Riemer. J. V. D. placides collati subiecit Georgius Stephani Schelkase. Coburg. Jena. Jena.
19. Diss. de Nova, quam scripsit Nicolaus Jafosay. J. V. D. de sententia suscepit Ericus Georgius Rantzau, Hamelou. Brunsvico. Wittebergae.
20. Theses de iure dotum, quae pro licentia in i. J. consequenda publice Cerguro subiecit M. Jacobus Blumel. Lipsiae.

21. Conclusiones et Tituli, quas publicè disputandas proposuit Sigis-
mundus Finckelhaus. J. V. D. Resp. Jona Möstelio. Lipsia.
22. Diss. de testamentis ordinariis, per D. Christiano Erumborgh
et fensa à Zacharia Krauson, Reichenbach: Sil. Wittebergen.
23. Diss. de Messachia et de fide commissorum, quam pro summa in
vrog. iure laurea sequentia dicit Arnoldy Freun. Esleb. Ba-
sileae.
24. Conclusiones epistol. D. si quis argentum. c. p. alio a. donaves,
fost. et Donat. c. fin. et eod. pro licentia in vrog. iure sequenda
fensa à M. Gabriele Tuncel. Halensi. Lipsia.
25. Conclusiones epistol. D. et C. utilissimi iudic. uti possit, publicè
disquisitioni subiecta à Christiano von Brandenburgh. Lipsia.
26. Diss. de Moratoria Prescriptione quam perit Sadi mundo Fin-
kelhaus J. V. D. resp. et fendis Henricus à Starphädel
eq. Miss. Lipsia.
27. Brevis thesaurus de Protestationibus quam perit Georgio Schutze
J. V. D. pro summo in vrog. iure Doctorat. grad. sequendo publicè
proposuit Adamus Reinhold. Spremb. Livat. Wittebergen.
28. Conclusiones epistol. diffaman. c. et ipse manum. et Clem.
Sape. et v. s. quas pro licentia Doctorali in vrog. iure sequen-
da publicè discutendas proposuit Fridericus Trauboth. Ger-
vestang. Lipsia.
29. Diss. et questionibus, quam perit Wilhelmo Schmeck. J. V. D. discussi-
endam proposuit M. Andreas Schneider. Lipsia.
30. Positiones et Appellationibus, quas pro licentia in vrog. iure se-
quenda publicè discussas exposuit Roch Heilandt Weis,
Sersfels. Lipsia.

31. Diss. de Actionibus in geē, quam scripsit D. Wilhelmus Schmuck hunc
Friedrich Friedelich / Lipsia.

32. Diss. de Actionum Cessione quam scripsit Valentinus Reimers.
3. C. publicè defendit Conradus Bittberg. Altorf. Nov. Genes.

33. Diss. de Cessione Summum, quam scripsit Henningo Grossen. J. V. D.
pro Summo in U. S. Doctoratus gradu sequendo publicè proposuit
Tobias Menig. Zülteboers. S. Wittebergae.

Quaestiones speciatim in hoc volumine
tractatae.

D.

Bankruptores s. mercatores fallitiam tortura subijci possint,
in pecunias sibi creditas itemq; chirographa et rationes, quas
salvas adhuc penes se tene negant, creditoribus suis indicent.
diss. 26. coroll. H.

Haereticis an fides semel data sacrae et inviolabiliter
servanda sit. diss. 1. posit. 8.

3.
Imperator Romanus an sit vasallus Pontificis Romani. diss. 1.
posit. 1.

Imperator an dici possit, qd a Pontifice est coronatus, an n. res
tuncmodò Romanus sit. diss. 1. posit. 3.

Imperator si quis haereticus, vel saltem cum illis colludat, an p[ro]p[ri]a a
privato iur[is]d[ic]t[i]o, et a Papa et poni possit. disp. 1. pos. 5.

Juramentum purgationis, in q[ui]bus regni causa sanguinis patnam infe
rentis p[er] sententiam g[ra]tiam, an a magistratu inferiori re
niti possit. disp. 29. Coroll.

Jus Romanum an recedat a divisione. disp. 32. favore 3.

Magis v[er]o politicae potestatem habeat subditos armis usq[ue]
lenitissimis ad religionem cogendi. disp. 1. pos. 6.

Magistratu subditos ad falsam religionem cogentem
regis tenendum. disp. 1. pos. 7.

Magistratu iniqua p[ro]cipienti an obediendum. disp. 1. p. 11.

Orthodoxi cum dispersis religionis hominibus in una rep[ub]lica gen
tes, an contra communem usum publicum exercitum pro
religionis defendendi causa, optime iure in exercitu militare
queant. disp. 1. pos. 13. Q.

Jurificis ~~Principum~~ g[ra]tiam, an ad pacificam religionis
validitatem sit necessaria. disp. 1. pos. 2.

Pacificatio Augustana et pace religionis an p[er] Tridentinum
concilium sit sublata. disp. 1. pos. 4.

Principes.

16
DISPUTATIO
JURIDICA

Quam
Ex l. 2. C. de Rescind. Vend.

DEO Opt. Max. auxiliante,

*Autoritate ac permissu Magnifici & Amplissimi Jctorum
ordinis in florentissima Witebergensi Academia*

SUB PRÆSIDIO

ADAMI Leupoldt SPREMBER

gâ-Lusat. J. U. Licentiati

discutiendam proponit

HADRIANUS Vogt Grünber-
gâ-Sil.

Ad diem 16. Septemb. horis à 7. matutinis



WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

Anno cl^o 1^o CXXX.



Proloquium.



Um hoc triste habeat mortalitas
privilegium, ut liceat aliquando
peccare, Jctus Pomponius in *l. in
caussa cognitione 16. §. 4. ff. de minor.*
asserit; in precio emptionis & ven-
ditionis naturaliter licere contra-
hentibus se circumvenire; Sed ut
ab omni iniquitatis suspicione Jus commune vindi-
caretur, Jmpp. consuerunt succurendum esse, etiam
iis, qui supinâ negligentia sua enormiter læsos se esse
conqueruntur. Et ne ob qualemcunque læsionem,
quod semel placuit revocare liceret, sed tandem li-
tium & quærelarum aliquis esset finis, hominumq;
supinitas excitaretur, ad discendum cautius mercari,
certum modum ad quem usq; liceret contrahenti-
bus naturaliter, & ex votorei familiaris benè admi-
nistrandæ, se invicem circumscribere Impp. Dioclet.
& Maxim. in *l. Rem majoris precij. 2. C. d. rescind.
vend.* constituerunt: Ut si fraudandi consilium sta-
tim vel post precii quantitatis disceptationem minus
dimidia justii precii, quod tempore venditionis fue-
rat datum esse appareat, contractus rescindi vel ju-
stum precium suppleri debeat. Illud autem quoz
modo probandum sit, & ad quid exigatur quantitas
injusti precii, licet varii varia scripserunt *Dd. ut Bar-
bol. l. precia 63. §. 1. D. ad l. Falc. in l. fin. C. d. magi-
strat*

strat. conveniend. & multis aliis in locis, quos Felin. in c. cum causa X. de testibus commemorat; tamen ad tollendam quorundam Sophisticam interpretationem, sciendum, non sufficere, quod adversarius restituat tantum precium læsionis: ut si venditor rem valentem ducentos aureos vendat pro nonaginta, non satis est reddere decem aureos, ut sic excludatur læsio ultra dimidium, sed necesse esse, vel rem restituere, vel quod deest justo precio centum & decem aureos supplere, communiter Dd. Ex quibus omnibus apparet modum istum precii quantitatem respicere & nihil de ejus qualitate ab Impp. additum esse, in d. l. 2.

THESIS I.

PROINDÈ haud inconvenienter usitatissima & ad hodiernum statum valdè accommodabilis dimanat quæstio: *Utrum venditio depravata moneta tempore contracta, ob hoc solum, quod precium in usuali & corrente moneta venditor receperit, jamque reductâ in veterem statum re monetariâ plus ultra dimidium se læsum proponat ex hac l. 2. C. de rescind. vend. rescindi debeat?*

THESIS II.

Rationem dubitandi suppeditare videntur Impp. Valens & Valentinianus in l. Pro imminutione 2. C. de veter. numismat. potest: *Pro imminutione que in estimatione solidi fortè tractatur, omnium quoque precia specierum decrescere oportet; quibus infertur, quod si cum ipsâ valoris moneta imminutione, precia rerum decrescere debent: utique è contrario cum ejusdem augmentatione simul incrementum eadem accipere existimandum est; unde consequitur, si rei emptæ precium jure tantum crevisse debuerit, quantum Joachimici valor auctus, ne ipso quidem contra-*
ctus

Etus tempore venditorem dimidiam justii precii partem consecutum esse.

THESIS III.

Verum responderetur, considerandam esse, imminutionis in nummo diversissimam rationem & ejusdem augmentationis, adeoque quod in uno dispositum est, ad alterum trahi non oportere. Augetur enim nummi valor regulariter, ut publica necessitati succuratur, quæ ex argenti penuria atque defectu existit, *Albert. Brun. in tract. de augmentat. & imminut. monet. præsupposit. 1. num. 4.*

THESIS IV.

Ut quandoquidem tanta nummorum argenteorum, quantam quidem necessitas exigere videbatur non potest haberi copia, isti qui habentur, interim per hoc valoris sui augmentum deficientium suppleant locum, tantumquæ in communi usu jam pauciores, quantum aliàs plures, præstent; Id quod sæpè factum fuisse testantur Historici tempore Guerræ, ut tunc Principes pecuniam minoris valoris mandarent pluris expendi, ut videlicet minus dando armigeris, in emptionibus victus, & rerum plus dare videantur, de quo *Andr. de Jfern. in tit. que sint regal. in pr. colum. 9.* Quo casu si cum nummi æstimatione precia quoque rerum crescere deberent, contra constituentis intentionem & finem in majores angustias seduceretur Respublica.

THESIS V.

Minuitur verò nummi æstimatio, vel ut finitimis, cum quibus commercia exercemus facilioris negotiationis causa conformetur, vel ut res nummaria pravis moribus populi corrupta in integrum statum reducatur; Quia æstimatio monetæ est penes habentem potestatem cudendi *ut not. in l. fin. C. d. veter. numismat. potest. & l. 1. cod. tit.*

THESIS VI.

Nec obstat, quod multorum calamitatibus notabilis experientia probaverit, quantum rerum ad vitam necessariorum o-

anium precia excreverint, propter bonitatis extrinsecæ in moneta antiqua augmentationem, & intrinsecæ in nova diminutionem; Si quidem hæc manifestiora sunt, quam ut negari possint, Attamen hujus rei causa, non tam monetæ variatio, quam depravatorum hominum temerarii & nefarii ausus extiterunt, quibus non publica utilitas & severissima magistratus iussa, sed sola lucrandi divitias per fas & nefas corrodingi libido pro lege fuit.

THESIS VII.

Evidentius hæc apparent, si penitus naturam pecuniæ & tempus læsionis respiciamus: Nam nummus non naturâ, sed lege consistit, siquidem ipsi Principes ipsaque lex nummum constituit, à quibus precium ac valorem certum accepit *l. 1. & l. fin. C. d. veter. numism. potest. & l. 1. ff. d. contrah. empt.*

THESIS VIII.

Imò aurum & argentum quamprimum auctoritate publicâ formam monetæ recipit, nomen suum perdit, & nummorum appellatione indigitatur, adeò ut licet aliàs appellatione auri & argenti aurum & argentum factum, & ex rudi massa in vas aliquod arte redactum veniat, non tamen nummi, licet ex auro vel argento confecti *l. Cum aurum 19. & l. Quintus Mucius 27. § 1. ff. d. aur. & arg. legat.* Ut sic non ex materia sed ex forma, non tam ex substantia, quam quantitate censeatur pecunia *d. l. 1. ff. d. contrah. empt.*

THESIS IX.

Hinc Carolus Molin. *in tract. d. monet. mutat. quest. 100. n. 26.* quantumcunque mutatio vel deterioratio monetæ malum & injustum habeat initium, si tamen nihilominus pecunia deteriorata usu publico comprobetur, eo ipso satis auctoratam & legitimam censi respondet. Et nullam esse habendam rationem intrinsecæ mutationis monetæ, quod scilicet sit ex preciosiori vel viliori metallo, siquidem forma & substantia monetæ, in quantum moneta est, ipse valor impositivus, non autem materia est. *Menoch. lib. 1. cons. 48.*

THESIS

THESIS X.

Cum quibus consentit *Albert. Brun. in tract. d. augmen. & diminut. monet. presuppos. l. n. 5. Bart. ad l. qui falsam. ff. ad l. Cornel. d. falsis*, ita dicens ; Verus valor ille dicitur, qui est statutus de publico & per publica proclamata, adeo ut recusans capere pro tanto valore poenam falsi sit puniendus.

THESIS XI.

Quae omnia si ad praesentem nostrum casum applicentur, cuiusvis attendenti probabunt, quam injuste de non justo precio sibi soluto queratur, qui sponte & liberrima voluntate rem, quanti fuit, vendidit, preciumque in moneta quidem deteriorata, tamen communi usu, publicoque edicto probata recepit.

THESIS XII.

Nam si pecunia, ut *Malin. quest. 100. n. 18.* loquitur, non cadit in contractus ratione materiae, sed respectu publicae indicaturae, qui, quae so, non, quod ante monetae mutationem justum erat, precium, consequutus videri potestis qui eandem quantitatem, eandemque aestimationem in pecunia expendibili recepit : Imo omnes haud dubie fatebuntur ingenuè, si modo pecunia in eo statu, quo tempore soluti precii fuit, perseverasset, nihil se, quod conquerantur habere, sed decrevisse postmodum ejusdem valoris, & jam penè ad nihilum reductum esse.

THESIS XIII.

Deinde *hujus legu 2.* auxilium imploranti, aliter non succurritur, nisi ipsius contractus celebrati tempore laesio facta ostendatur. Ita enim *Impp. Dioclet. & Maxim. qui d. l. 2. autores sunt in l. si voluntate. 8. h. tr. seipos* explicant, dum ibidem constituunt, propter hoc quod minori precio fundus venditus proponatur, non debere rescindi consensu finitum contractum, nisi dimidia justii precii quod fuerat tempore venditionis datum esset, cum quo convenit, *quod habet, Alex. tertius. in cap. cum dilecti. X. d. empt. & vend.*

THESIS

THESIS XIV.

Præterea cum contractum ob enormem læsionem rescindi debere, hæc lex ita disponat, satis ipsa ostendit læsionem istam ex tempore contractus computandam, adeoque non de ea, quæ casu aliquo fortuito & vi majore, sed ex ipso contractu & contrahentium conventionem procedat, accipiendam esse; Siquidem contractus nihil commune habet cum casu fortuito, sanè iniquè conventioni contrahentium imputaremus id, quod nullum humanum consilium prævidere, aut evitare potuit: Cum quæ fortuitis casibus accidunt, nec prævideri potuerint, in nullo bonæ fidei iudicio præstari præscripsit *Alex. Imp. in l. Quæ fortuitis s. C. d. pignorat. act.*

THESIS XV.

Nemo autem sanæ mentis dubitat, quin omnis monetæ ornamentatio, ex quibuscunque etiam causis emerferit casu fortuito, imò plusquam fortuito fiat, cum communem Reipubl, pestem, atque calamitatem inducat; ut ita haud merito irascatur venditor emptori, quasi per ipsum patrimonii diminutionem patiatur; Quia non peccasse videri potest is, qui secundum communem usum principalibus edictis roboratum pecuniâ in commerciis utitur, & in eodem valore atque quantitate, ut ipse accepit, aliis iterum exsolvit. Et iuste possidet, qui auctore prætoris possidet inquit *J. C. Paulus in l. ii. f. d. acquirend. possess.* Quid ni iuste emere dicendus est ille, qui pecuniâ communi usu & autoritate supremi magistratus approbatâ emit.

THESIS XVI.

Quæ publica autoritas cum generalis sit, utique æquè indemnem præstare venditorem potuisset, si monetam currentem statim atque accepit, iterum expendisset, imò quod in venditione merx, hoc in emptione precium est; Nec majori culpâ emptoris, precii pecuniæve bonitas immutata, quam venditoris, res deteriorata vel planè peremta dici potest.

Prop.

THESIS XVII.

Propterea uti nemo contractum rescindi æquum esse existimaverit, quod res vendita & tradita casu fortuito deterior reddita vel planè perempta proponatur, cum traditione rei venditorem nexu obligationis exemptum esse, periculumque omnem ad emptorem tanquam rei dominum spectare constet. *S. cum autem emptio 3. Inst. d. empt. & vend.* & quilibet eodem jure, quod in alios statuit ipseuti debeat, sic meritò quoque qui monetâ solutâ possessiones suas precio communi vendidit, si damnum inde sensit, non venditioni, vel ei cum quo contraxit, sed infortunio communique malo, quod per hostium incursiones incendia, aliasque calamitates, quibus mortales variè affligimur, eadem facilitate res auferendo emptorem quam precii qualitatem minuendo venditorem affligere potuisset, imputare debet.

THESIS XVIII.

Denique animi mentem ad supremam illam legem salutem populi atque Reipubl. revocemus. Quantas in Rep. confusiones, lites atque tumultus excitabimus, si contractus abhinc ante aliquot annos tempore corruptæ & depravatæ moneta consensu contrahentium finitos, ob fortuitam monetæ mutationem, injustos dixerimus, eosque rescindi permiserimus. Litis atque jurgiis omnia tribunalia ad eò replebuntur, ut ne suffectura ea his esse credendum sit; siquidem nemo est, qui emere, vendere, locare, conducere, tanto tempore non opus habuit; Qui prædia possessionesque emerunt, & ob inopiam paratæ pecuniæ illam à debitoribus suis exegerunt, quandoq; etiam ab aliis mutuò acceperunt solutionem nullam creditum nullum fuisse prætendent, atque ita hic à quo acceperat, ille iterum tertium convenire necesse habebit, donec tandem cum in infinitam materia litium excreverit, in publicas seditiones res prorumpat.

THESIS XIX.

Qua propter uti bono magistratui sive præsidi præcipuè congruit, curare, ut lites ab brevientur, illarumq; materia,

B

quantum

quantum possibile est, præscindatur, ut ita pacata, & quieta sit Respubl; ista feliciter & optimè hæctenus aliquot status Imperii, & inter hos Serenissimus noster Elector Saxoniz fecerunt, qui super re nummaria nova edictali lege promulgata sanxerunt, ut omnes contractus atque obligationes mutatz monetæ tempore factæ, non secus in suo robore perdurare, debeant, quam si nulla unquam mutatio intervenisset, uti ex nova constitutione Der Münzordnung S. Hierneben kommen wter cuivis legenti apparebit.]

THESIS XX.

Vigorem itaque suum habeat d. l. 2. in iis casibus de quibus scripta est, nec contra publicam omnium salutem ultra mentem & intentionem Imp. extendenda est. De reliquis videantur Francisc. Curt. in tract. de monet. Carol. Molin. in tract. de mutat. mon. Jacob. Menoch. consil. in mat. monet.

Johan. Bodin de re nummar. Albert. Brun. de Monet.

augmen & diminut. aliique Dd. qui de hac re scripserunt.

Πάρεργα.

I.

An injuria à calumniatoribus atq; susurronibus orta contra virum honestum presumptionem aliquam inducat? N.

II.

An conviciator exceptione hac, quod objectum crimen ab alio audiverit se defendere & excusare queat? N.

arg. l. nu. & ibi Salic. vid. Schneid. Inst. de Inper. S. 1. n. 5.

F I N I S.

An Herrn Hadrian Voigten als er Disputirte

WTe? Brüderlicher Freund/ wie können deine Sinnen
Gezähmet seyn also: sihestu den das beginnen
Des Waffens/Gottes nicht/wie er so wol gemuht
Das grosse Teutsche Land skund verheeren thut/
Vnd du folgest ihn nicht nach? By laß die Bücher liegen
Die skund gelten nichts/vnd seze dein vergnügen
Vnd dich hin auff ein Ross vnd nim ein scharffes Schwert
Pistolen Kraut vnd Loth vnd was darzu gehört
Wenn man Gradiven dient: Doch halt/den Mars zu preisen
Gedenckstu billich nicht: Vielmehr wilstu erweisen
Das ihme vorzuzihen die grosse Themis sey/
Vnd hierinn müssen wir dir alle fallen bey
Die wir ihr folgen nach. Denn das du deine Zeiten
Von schwanker wiegen an gewendet ab von streitten
Vnd Pfoebus nachgefolgt auff des Parnassus Spiz
Auch bey den Jungfrewlein gewonnen deinen Sitz
Die daselbst spielen auff; das wird noch Leipzig wissen
Da du den Musen stes zu dienen warst bestieffen
Wann Cynthia herfür kam wieder auß den Meer
Vnd Luna führt' empor der güldnen Sternen heer.
Hier vnser Wittenbergk wird wissen zubezeugen
Wie du den Künsten dich ergeben ganz zu eigen
Vnd die Recht hast Studirt aus dem Justinian
Wie vnter anderen diß Werklein zeiget an.
Wolan/ fahr' also fort vnd laß den immer streiten
Der sonst gelernet nichts/dein Lob bald außzubreiten
Demüht sich Daphne schon vnd windet dir den Kranz
Der Ewig grünen sol als deiner Tugend glanz etc.
In Ehren auffgesetzt
Von
Michael Schultzen Torgens.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]




153709

AB: 153709

X2615956

Retro ✓
VD17



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

ATIO CA

ind. Vend.

liante,

*Amplissimi Jctorum
ergensi Academiâ*

IO

SPREMBER

centiati

ponit

Bogt Grünber-

â 7. matutinis



Æ,

IANI THAM.

XXX.

